

Dñica quarta post trinita.

¶ **S**im duriciam autem tuā et cor impenitens the-
saurizas. i. cumulas tibi iram. i. penā in die ire
id ē. vltiōis et reuelatiōis iusti iudicii dei q̄ red-
dit vnicuiq̄ iuxta opera eius. **Tertius** fruct⁹
est meritoꝝ augmētatio. Qd̄ pbatur sic. dicit
ph̄s. vj. li. animalū. q̄ manus et brachia q̄ in
sedula fuerint actione et motu maiora et forti-
ora esse approbātur quēadmodū videmus in
cursoribus qui maiores ceteris habēt pedes.
Causa est q̄ ad ea mēbra q̄ in exercitio fuerint
sedule actionis semp̄ p̄currit et cōfluit ip̄e san-
guis ex quo nimirū īfluxu sanguinis et humo-
ris mēbra h̄mōi intumescūt. per manus intelli-
gūtur opera misericordiē que si sedulo officio
frequententur q̄tum ad meritum in dei oculis
augmētātur. Ideo dicit de misericordib⁹ apo-
stolus. ij. **Cor.** ix. Augebit incrementa frugū
iusticie vestre. glo. fm̄ liram. i. mercedē que ex
hoc in patriā colligitur. **Quartus** fruct⁹ est vni-
uersorū b̄ndictio. Nam misericordes benedicit
deus **Deut.** xv. Omnino indigens et mēdicus
non erit inter vos vt b̄ndicat tibi deus et b̄ndi-
cit etiā ei populus. Juxta illud **Prouer.** xxij.
Qui pronus est ad misericordiā b̄ndicetur. mi-
sericordes etiā b̄ndicūt paupes sicut factum ē
Job. xxix. Benedictio pauperū sup̄ me venie-
bat. quare autē hoc? quia ip̄e maxime cibaria
sua cōcauit paup̄ibus. sicut testatur. xxxj. ca.
Si comedi buccellā meāz solus. Et exponit si
p̄ non. quia ab infantia creuit mecū miseria
et ab vtero matris egressa est. Quia dicit glo.
q̄ **Job** ex cōpletione ad misericordiā. p̄n⁹ erat
et inclinatio per p̄tinuū exercitiū creuerat. Si
cut aliqui ex natura. p̄ni sunt ad libertatem ali-
qui ad castitatez et c. **Quint⁹** fructus est eterno-
rum gaudiōz possessio. q̄ misericordiā vnicui-
q̄ in regno celoz locum assignat. Juxta illud
Eccl̄. xvj. Omnis misericordiā facit vnicuiq̄
locum fm̄ intellectuz pegrinationis illi⁹. et fm̄
meritū operū suozum. Ideo dicit **Orige.** in li.
de ecclesiāz ritu. Sola elemosyna q̄ nutu cha-
ritatis xp̄i facta fuerit felicitatis beatitudinis-
q̄ eterne gaudia obtinebit. Et **Petr⁹** ravanen⁹.
in quodam sermone. manus inq̄t paup̄is ē xp̄i
gazophylatium. quia q̄cquid accipit paup̄ ha-
bet xp̄s acceptum. da ergo pauperi terram et
accipe celum. nūmum vt accipias regnū. et p̄-
pter istos fruct⁹ p̄cipit dñs nos esse misericor-
des. Sed est vna dubitatio. vtruz aliq̄s possit
ad seipm̄ misericors eē? Et videtur q̄ sic. quia
dicit **Aug⁹** in encheridion. sumens pro se illud
Eccl̄. xxx. Misere anime tue placens deo. h̄
p̄mitus debetur ipsi homini misericordiā et ele-
mosyna qua mundant̄ eius iteriora. nec tamē
istas elemosynas que fiunt de fructib⁹ terre vi-

detur de⁹ respuerē q̄ inquit hoc oportuit face-
re et illa nō obmittere. **Mat.** xxij. Sed in con-
trariū ē illud **Augustini** qui dicit. x. de ciui. dei
describēdo misericordiā. Misericordiā enī est
aliene miserie i nostro corde cōpassio. Qui con-
cordat **Dam.** dicēs. q̄ misericordiā ē tristitia
i alicui⁹ malis. Et **Isid.** li. ij. ethimo. dicit q̄ mi-
sericors a cōpatiēdo aliene miserie vocabulū
sortitus ē. Vndetur q̄ null⁹ pōt misericordiā
ad se habere. q̄ l3 qlibet doleat de miserie
dia. pp̄rie nate non tñ sibi misere nec cōpatiē
pp̄rie loquēdo. cū cōpati sit cū alio pati. Iste
autē q̄ patitur i corpore si sit in charitate et pa-
tienter sustinet magnū sibi meritū acq̄rit non
tñ ex opere misericordiē. Sed ex v̄tute patien-
tie vt dictū ē sapientis dicētis. nullus misere
sui ipsius. pp̄rie loquendo. Et in quātum ē sibi
alien⁹ vt quando caro se fecit alienā a spiritu
recalcitrādo sibi ac per hoc anima cadit in mi-
seriam duplicem. videlicet culpe et pene. Vñ re-
cte sapiēs admonet sp̄m vt misereatur anime
sue subueniendo miserie diē sue ne incidat in
culpam. vñ si incidit q̄ resurgat ne gebenne pe-
nam incurrat. Unde **Augustinus.** x. de ciui. dei
tractans verbum sapientis. Misere anime sue.
dicit. Quod libet op⁹ misericordiē si p̄pter de-
um fiat sacrificium deo est. vnde si hō mundo
moritur vt deo viuat qm̄ et hoc ad misericor-
diam pertinet sacrificium est. Cum etiam cor-
pus nostrum tp̄antia castigamus. Si hoc quē
admodum debemus p̄pter deum faciamus vt
exhibeamus membra nostra arma iusticie deo
sacrificium est. hec **Aug⁹**. de hac misericordiā
improprie sumpta dicit sapiens etiā alibi. Be-
ne fac anime tue vir misericors. **Prouer.** xj.
Per virūz itelligitur portio sup̄ior anime que
tunc bene facit anime quando misereatur super
miseria portiois inferioris. videlicet partis
sensitiue cohibendo eam ne trabatur ad culpā
et consequenter nec ad penam.

De eadem dñica. Sermo tertius.

Estote miseri-
cordes sic p̄r vester misericors est
nolite iudicare et nō iudicabimini.
Luc. vj. vbi dicit **Aris.** li. j. meta. Humanū gen⁹ R
arte et rōne viuūt. et q̄ boies viuūt ex arte. Iō
qlibet p̄r diligēs filiū docet eū artē meliorem
quā nouit et nullā subtilitatem in ea abscondit.
Et hoc iō facit vt fili⁹ p̄ artem hāc nutriat vel
ip̄e i docēdo sapiens videat. Quia dicit idem
Aris. vbi sup̄ra. Signum sapientis est posse do-
cere. Iō legit **Tob.** iij. Honorē hēbis m̄ri tue

Cum Tobias mori debuit vocauit filium suum
et docuit eum artes suas quas ipse nouit quaz
vna fuit de honore matris. et ne dei obliuiscere
tur que alia fuit. **S**emp eius memoret. **T**er
tio ne peccato consentiret. inter has tri habuit
vnam subtilē artem per quaz acq̄siuit regnum
celorum in spe q̄uis non in re. et hec fuit mise
ricordia per quā acquiritur regnum dei. Quia
dicit **Petrus** rauenē. **F**mone. **E**cce de^o amo
re pauperū vendit regnū. et illud oēs eme
re valeamus ipsum pro fragmēto panis expo
suit. quis ergo excusare non eumentem valeret.
que tanta vilitas venditionis accusat? **I**deo
Tobias hanc subtilem artem per quaz in bre
ui magna lucraretur docuit dicens. **Q**uan
tumcūq; poteris esto misericors. si multum tibi
bi fuerit multum tribue. **S**i parum stude illud
impartiri. q. d. eque p. parua sicut p. magna ac
quiritur regnum. **S**ic et xps qui concessit se no
minare patrem. **M**att. vi. cu3 dixit. **S**ic ora
bitis. pater noster qui es in celis habuit spēa
lem artem. s. misericordiā quā didicit ab eter
no. **S**ed tamen hac virtute non est manifeste
vltus nisi cum de v̄gine fuit natus et extunc **f**m
Areg. **P**roprium est sibi miserere et p̄cere. qui
ante solebat punire et pcutere. ideo hanc artem
videlicet misericordie tanq̄ v̄tutem specialissi
mam docuit filios suos sanctos ap̄los quos
p̄ alijs dilexit cum dixit. estote misericordes. i
quibus v̄bis p̄ncipaliter duo t̄git. p̄mo diu
ne miserationis. inuitationem ibi. estote miseri
cordes si. pater vester. secundo humane iudi
cationis. phibitionis ibi. nolite iudicare. **C**ir
ca p̄mum notandū. **I**ol. sup. li. **S**a. lec. cxxvj.
dicit. q. misericordia dñi fortis in homines est
intēsiue extēsiue et duratiue. **I**ntēsiue quia
parcit homini i p̄cto qd est tante malicie q. hō
nullo modo posset p̄ se satisficere. **I**deo dicit
Ansel. li. ij. cur de^o hō. c. vj. q. oportuit hoīez
deo dare aliqd maius cum eo. qd est deus ad
satisficiendū p̄ peccatis suis. **S**3 p̄stat q. hoc
nullo mō potuit facere. et iō deus misericordi
ter ē incarnatus. et vt p̄ homine satisficeret fa
ctus est hō. **I**leo etiam dicit ap̄ls ad **Tim.** iij.
Nō ex opibus iusticie que fecimus nos s3 fm
suam misericordiā saluos vos fecit. **I**ta ḡ mi
sericordia fuit fortis intēsiue **Q**uia dicit p̄lus
j. de celo. q. fortitudo potentie actiue termina
tur per maximū in qd potest. vñ si aliqua potē
tia que posset in aliquod duplum vel triplū v̄l
quadruplum. et sic vsq; ad infinitū. **I**ta potē
tia diceret infinita intēsiue. **S**3 talis est mise
ricordia dei. q. non est aliquod p̄ctm ita turpe
vel maliciosū ita difforme qn misericordia dei
sit maior ad dimittēdū. **I**leo dicit **beat^o Aug^o**

O qualis dei pietas quā nulla potest superare
iniquitas vel impietas. **1^a Aug^o** sup. **E**zech.
Sicut scintilla in medio maris. **S**ic omnis ma
licia ad misericordiā dei. **S**ecundo misericor
dia dei est fortis in nos extēsiue. et hoc p̄t du
pliciter declarari. **P**rima a pte subiecti ipsius
Secundo ex pte hominis siue misericordie obie
cti. **A** pte q̄dez xpi. **S**icut aliquis omnibus vi
cinis suis riuulos pcederet de fonte suo vt si
bi inde facerent aqueductus p suo libitu ma
gne foret sufficientie. **I**to modo de^o pater ha
bens filiū q̄ est verbū et fons omnis bonitatis.
quia fons sapientie v̄bz dei in excelsis. **A**cc̄.
Visit enī eum in mundū et misit scaturiri de
terra v̄ginalis v̄tris vt esset operosus et abū
dans omnibus. permisit quilibet sibi facere ri
uulum qn omnī iudeorum et gentilium flagel
lationi et crucifixioni se dedit. et ideo bene di
xit pluraliter per p̄phetas. dabo vobis miseri
cordias et miserebor vestri. **1^a Hier.** xlij. **S**ecū
do apparet a pte obiecti qd est hō cui de^o mul
tipliciter miseret. **R**eseruādo vt caueat. expe
ctando vt redeat. p̄donādo si peniteat. **I**o dicit
Aug^o li. ij. p̄f. c. ij. vij. **S**re tue deuto et mise
ricordie q. peccata mea tāq̄ glaciē solui. gr̄e
tue deuto quecunq; nō feci mala. **2^a Aug^o**
dicit iterum. **L**argissima misericordia dei mul
tis ac varijs modis se hūane anime exhibet et
impedit. **N**ā peccatorē patiēter expectat. be
nigne reuocat. hilarit̄ suscipit. plene ignoscit.
gr̄am multiplicat. multiplicatā p̄seruat. p̄ser
uatam remunerando coronat. **3^a beat^o Bern^o**
enumerat septē misericordias dei. **P**rima q. a
multis peccat̄ me eripuit et i seculū positū me **2^a**
a multis custodiuit. **Q**uis enī inq̄t non videat
q. sicut i multa cecidi. sic et i alia poteram inci
disse nisi me omnipotentis dei misericordia p̄
seruasset. **I**deo fateor et fatebor nisi dñs adiu
uerit me paulominus cecidisset in omne p̄ctm
anima mea. **S**ecūda misericordia q. peccabā
et stabaz in sceleribus et tu abstinebas a verbe
ribus. plongabam iniquitatez meam et tu. plon
gasti pietatē. **T**ertia misericordia. q. ipse visi
tauit cor meū. et sic imutauit vt fieret amara q̄
p̄us dulcia fuerūt. **Q**uarta q. me penitēte mi
sericorditer suscepisti. **Q**uinta q. mihi tempus
penitendi emendandi viuendi et ne reciduum
paterer auxilium tribuisti. **I**n his quinq; me a
malis liberaisti. **I**n alijs duabus misericordijs
sequentibus bona largiris. **Q**ideo sexta mise
ricordia est. quia gratiā mihi p̄merēdi dedisti.
Septima quia mihi spem obtinendi gratiā tri
buisti. **hec Bern^o** **T**ertia misericordia dei ē for
tis in hoīes duratiue. q. quātūcūq; hō peccat
si post infinita mala i fine tardissime penitere

Dñica quarta post trinita.

velit. recipit eum statim de latrone cui tardiffi
me et breuissime penitenti dictus est. hodie me
cū eris in paradiso Luc. xxiij. Propter qd̄ dīc
beat⁹ Bern. sup. cañ. Omnino ppter māsuetu
dinē q̄ in te p̄dicatur currimus post te domine
iesu chris̄te audientes q̄ nō spernis pauperem
peccatorem et non abhorres. Non abhorui
sti latronem penitentē. Nō lachrymātē pecca
tricem. nō chananeā supplicatē. non dep̄hen
sam in adulterio. non sedentē in telonio. non
supplicantē publicanū. non negantē discipulū.
non p̄secutorem discipulorū. nō ipsos crucifi
xores tuos. hec ille. Et Aug⁹. Deus inq̄t mise
ricors est. peccata enī p̄donat. p̄uersis pati
ens ē. sup. peccatores donec p̄uertantur expe
ctat. q̄ncunq̄ p̄uersi sunt eos benigne suscipit
Sed notandum q̄ misericordia hoīs ad homi
nem inuenit̄ heu debilis et modica intēsiue ex
tēsiue et duratiue. Intēsiue qz vix aliq̄s mo
dus ad cōpatiendū cuiusq̄ repit̄ur. quia ad
implet̄ur iam illud. ij. Timo. iij. Erūt homīes
seip̄sos amantes. Extēsiue quia si aliqua sit
compassio hoīs ad aliū aut forte ad consan
guineum. non ad extraneum ad amicū et ad
familiarem et non vltra. Iuxta illud Eccl̄i. xxiij.
Misericordia hominis ad p̄ximum suū. miseri
cordia aut̄ dei sup. omnē carnē. Qōtra qd̄ dicit
Hiero⁹ ad demetriadem virginē. da pauperi
bus nō diuitib⁹ nō p̄p̄inquis non ad luxuriā.
sed ad necessitatē. Nec in eis aliquid p̄sideres
nisi paup̄tatem. laudēt esurientia viscera. non
eructuantū opulētia p̄uicia. Siliter in q̄bus ē
miserandum ostēdit Ambro. li. de offi. j. Sunt
inq̄t quidam q̄ malunt miseria tacite egestatis
astringi. quā publica petitione p̄fundī. hiq̄ sūt
iuestigādī et ab occulta necessitate referuandī
vt per hoc ampli⁹ gaudeāt q̄ paup̄tati p̄sulūt
et pudori. Et Iohes Chryso. super epistola ad
Heb. Qui amico benefacit. plerūq̄ non ppter
deū benefacit. qui aut̄ ignoto vtiq̄ ppter deū
benefacit. hec Chryso. Itē duratiue. qz miseri
cordia hoīs nō durat diuini⁹ q̄ diu hō cernitur
oculis. sicut porc⁹ cōpatitur socio q̄ diu audit
eū clamare. Ideo dī Osee. vij. Misericordia
vr̄a quasi nubes matutina et q̄si ros mane per
transiēs. Non sic docuit Tobias filium suū.
sed ait. quomodo poteris ita esto misericors.
q̄si diceret. non solū in p̄ntia paup̄is. sed etiā i
absentia illi⁹. Tob. iij. Et apostolus ad Col.
iiij. Induite vos sicut electi dei sancti et dilecti
viscera misericordie. Multi enī f̄monibus cō
patiūt̄ur. sed opibus pauci. tamē de solis ope
rib⁹ misericordie fit computatio in iudicio ge
nerali. Sicut testatur Petrus rauenen. in ter
tio sermone. In regno celi coram omnibus an

gelis in conuentu resurgentiū. q̄ Abel passus
sit. q̄ mundum seruauit Noe. q̄ Abraam fidē
seruauit. Moyse legem tulit. q̄ Petrus resu
pinus crucem ascendit deus tacet. et clamat.
quid pauper comedit? Esuriui et non dedistis
mibi manducare et c. Ergo qui misericors ē mi
sericordia est dignus. hec ille. Ideo hortatur
nos domin⁹ ad misericordiaz cum dicit. Esto
te misericors des sicut pater vester. id est. de⁹ mi
sericors est. non quātitate. fm glo. sed qualita
te. vt sicut ipse misericors ē in diuinis donis et
vniuersaliter. Sic nos misericordes esse debe
mus in donis humanis et particulariter. quia
creatura morte fluibilis ad infinitatem virtu
tum non potest contingere in hac vita. simus
ergo misericordes imitatione ex quo non pos
sumus perfectione. Et primo debet esse q̄libet
misericors sibiip̄si. Quia Aug⁹ i li. encheridiō
iiij. Qui vult ordiuatē elemosynaz dare a se de
bet p̄mum incipere et eaz sibi p̄mum dare. Est
enim elemosyna opus misericordie. Et infra q̄
vō diligit inq̄tatē et odit animam suam nō est
ei misericors sed crudelis. Et idē Aug⁹ de ver
bis domini. sermone. vij. Quomodo miseri
cors ē alteri qui peruerse viuendo crudelis est
sibiip̄si. Ideo quilibet impendat sibiip̄si miseri
cordiā. peccatoz suoz cōtritiōē et p̄fessionē
p̄ que saluet animam. Et tamen notandūz qui
libet homo debet misereri aīe sue in quattuor
p̄mo infirmā curando. Quāq̄ enī anima in
firmatur ex culpa. Nam in p̄sona peccatoris dī
cit p̄s. vij. Miserere mei dñe qm̄ infirmus sum
Sicut q̄ est opus misericordie infirmū corpa
liter visitare. et ad ei⁹ sanitatē curā impēdere.
ita ē op⁹ vere misericordie animaz spūaliter p̄
p̄tritiōē et p̄uēntiā sanare et sanitatē eius a
celesti medico implorare. sic fecit Dauid i p̄s.
Sana aīaz meā qz pec. tibi. Scdo debet mise
reri aīe sue ip̄az nudā vestiēdo. Est enī op⁹ mi
sericordie nudū vestire. Esa. lviij. Qū p̄pendit
hō aīaz suā esse nudā a vtutibus debet eam cū
vtutibus vestire et ornare. Quia sicut vestes
ornant corpus et cooperiunt turpitudinē eius
sic vtutes ornāt aīaz. De his vestimētis aīe
dicit Apo. xvi. Beatus qui seruat vestimēta
sua ne nudus ambulet. et charitas q̄ est regina
vtutum opit multitudinem pctōz. j. Pet. iij.
Tertio debet misereri aīe sue ipsam esurientēz
reficiendo. Nō nunq̄ enī anima patit̄ famem
vbi dei. et tūc hō debet p̄curare vbi dei legē
do sacrā sc̄pturā vel accendendo ad p̄dicatio
nes. vñ p̄s. cvj. Aīaz esurientē faciauit bonis.
Quarto d̄z misereri aīe sue captā et cupiscētia
rum laqueis redimēdo. vel ne capiat̄ tēptati
onibus p̄seruādo. sicut zara. Tob. iij. mūdaz

seruauit animā meā ab omni concupiscētia. **S**ecundo debet hō esse misericors primo quo ad quattuor misericordias. **P**rima p̄sistit i nō iudicando. et hoc t̄gitur cū dicit. nolite iudicare vt nō iudicamini. vbi nota. dicit **Robertus** sup li. fa. lec. clxxvj. **S**icut impiū ē peccata q̄ p̄misimus p̄tinaciter excusare. ita v̄tuosum ē valde p̄ctā p̄rimi nō facili ter iudicare. **S**z patienter aliquāliter excusare. p̄siderantes cōis fragilitatis p̄ditionē. sincerē familiaritatis cōmunionē z vere pietatis exercitatioēz. **P**rimo enī cōis fragilitas q̄ cōiter nos oēs erramus mouere nos debet aliq̄liter ad excusandū z nō facili ter iudicandū. **N**ā in vitaspa. dixit q̄dam senex li. iiii. c. cxxviiij. **N**on iudicas fornicatorem si castus es q̄n̄ siliter legem p̄uariceris. **T**eni qui dixit. ne forniceris. dixit etiam. non iudices. ibidē. c. cxi. **Q**uī q̄dam sanctus cūz quēdam audiūisset peccatē fletit amare et dixit. **I**te hodie et ego crastino. verū tū qualiter q̄s peccat ante te nō iudices eum iudica magis te ip̄m peccatōrē esse q̄ illū. **I**o etia3 dixit **Bern.** sup cañ. ser. xli. **N**oli iudicare p̄ximū. **S**ed magis excusa intentionē si opus nō possit. s. q̄ illud fecerit ex ignorātia. vel ex surreptione. vel ex casu. **S**ecūdo admonere nos debet sincere familiaritatis cōmuniō vt saltē de amicis nō credamus facili ter mala nec etiā de p̄latis vel etate p̄fectis. **Q**uī **Hiero.** i epla ad rusticū. **N**ō est facile malū de p̄fecta etate credendū quam vita p̄terita defendit et honorat vocabulū dignitatis. **A**t ponit exemplū de amico in q̄t suo xenocrate. cū q̄dā platoni dixisset. q̄ dixerat de eo malū. **A**udit non esse sibi credibile q̄ nec ille quē tū amabat eū nō diligebat. **A**ūq̄ narrans dictum suū z se pbaturū assereret. **N**ūq̄ xenocratem talia dixisse nisi expedire iudicasset. **T**ertio nos monere debet ne facili ter iudicemus peccata aliorū vere pietatis exercitatio. p̄iū enī alienos defectus sine lesione iusticie quātum fieri pōt excusare et famāz p̄rimozū q̄tū possibile est illibatā fuare. q̄z dicit **Orige.** sup **Leuit.** xxiiij. **N**ō vult te dñs si forte videri peccatū fratris tui continue euolare ad publicum et proclamare passim et diuulgare aliena peccata q̄ esset vtiq̄ non corrigentis. sed infamantis. **I**deo dixerunt beati apostoli **Simon** et **Judas.** **N**os innocentes absoluere. nocentes vero perdere non decet. propter quod dixit quidam senex in vitaspatrum vbi supra. c. cxxv. dictus pastor quē cū interrogauit frater dicens. **S**i video culpāz fratris mei bonū est celare eam. qua inquit hora tegimus peccatum fratris nostri tegit etiā deus nostrum. **A**t qua hora prodiderimus culpam fratrum pro-

de t et deus nostram similiter. **S**ecunda misericordia consistit in non condemnando cum dicit. nolite condemnare vt non condemnabimini. quasi diceret. **S**i ex humana fragilitate contingat forte vos quenquā suspiciose iudicare nolite tamen condemnare. id est. dignum aliquem damnatione deferre. **N**am qui hodie est peccator cras erit confessor. eo q̄ facile est in oculis domini subito honestare pauperem. **Ecclesiastici.** lxi. **Q**d tamen multi non aduertunt sed facili ter nunc illum. nunc alium condemnant. **I**deo in vitaspatrum legit. ij. li. c. xxvj. **S**olebat dicere abbas **Ioh.** parua3 sarcinam dimissimus. id est. nosmetipsos reprehēdere et grauem portare negligimus. id est. si nosmetipsos iustificemus et alios condemnemus. **I**bidē etiam legitur dum patres de multorum vita et rebus plurimis loquerentur abbas qui prius tacebat. postea vero egressus tollens sacrum impleuit eum arena et portauit eum in dorso suo. et iterum in alio panno paruo misit alteram arenam et portabat ante se. videntes autem ceteri patres requisierunt ab eo quid hoc eēt. dixit. iste saccus qui habet multam arenam peccata mea sunt quam pluri ma. et ecce dimisi ea post dorsum meum nolēs ea videre vt pro ipsis doleam vel plangam et pauca hec delicta fratris mei ante oculos posui et crucior in ipsis fratrem cōdemnans. **S**z non oportet sic iudicare. **S**ed magis mea ante me ducere et de ipsis cogitare et rogare deum vt indulgeat mihi. **Q**uod audientes p̄res dixerunt. in veritate hec est via salutis. **T**ertia misericordia consistit in remittendo cū dicit. dimittite scilicet iniurias vobis illatas a proximis. et dimittetur vobis peccatum. **I**uxta illd **Ecclesiastici.** xvij. **R**elinque proximo nocenti te. et tunc te deprecanti tibi peccata tua soluentur. **Q**uarta misericordia consistit in largiendo quam tangit cum dicit. date scilicet temporalia et dabitur vobis scilicet bonū nature. fortune z glorie. d hoc refert **Cincen.** in spe. hif. li. xxiij. c. v. q̄ vir dei **Judocus.** qui rex erat britonū. dum esset in quodam loco nomine brachiceuz marmaro discipulo suo venit pauper et petiuit elemosynāz qui precepit seruo vt vnicū quem habebat panem in duas partes diuideret et pauperi daret. **Q**uo facto nō multo post venit alter siliter elemosynā petens. cui alium panis quadrantē dari iussit. tertius vō venit z ei tertiu dari p̄cepit discipulo moleste ferente et dicente. non vis saltem vt nobis medietas panis seruetur. **N**oli inq̄t fili sollicitus esse de cibo. **S**z memento qd dñs dante et dabitur vobis. pauper inde vix recessit.

Dñica quinta post trinita.

rat venit quartus egenus cui residuum panis dari iussit. iterum discipulo murmurante confortauit eum in fide. vixq; sermonem completuit. **E**cce quattuor nauiculae sibi numerus pauperum mittuntur ei cibo et potu plene. **E**cce s vnum et pimum pimum hominum misericordiam videlicet augmentum temporalium. et hec est mensura bona quia qui dat pauperi non indigebit. **P**rouer. xxiij. **I**deo ad misericordiam hortat vnusquodq; **P**etrus rauenen. i. ser. da paupi micam vt accipias totam. da paupi vt det tibi. qz qd quid dederis paupi tu habebis. et qd a te non accipit paup habebit alter. **E**t idem **P**etrus declarat qd deus retribuit elemosynam cum fenore. deus ad vsuram accipit vnusq; p centum et tñ homines nolunt cum eo habere ptractum. **Q**uare. qz forte solliciti sunt de cautione. **N**onne exigue hō cartule obligatione pstringit deus tot et tantis voluminibus canit et debitor nō tenet? existimo qd seipm restituet et riget. qz non potest ille mentiri. **I**dem enī ipse est executor et debitor. nec erit in reddendo durus. qz largitor est psumus. **S**ecundū pmiū est remissio iniquitatis. **I**uxta illud **P**rouer. xxi. **I**usticia et misericordia redimit iniquitas. **E**t **E**ccl. iij. **Q**uia sicut aq; extinguit ignē. ita pccm extinguit elemosyna. iō hortat **D**aniel nabucho. **P**ccā inquit tua elemosynis redime. **D**an. iij. quia elemosyne sunt pccm redemptionis anime quā vendidit peccator ere peccator. **S**icut declarat **A**ug. sup illo vbo. pccm redemptionis anime sue. ps. xlvij. **I**lli in qd pccm habent anime sue qui non cessant elemosynas facere. **E**t hec est mensura **C**onferta. i. plena. **T**ertium pimum ē liberatio penalitatu. **N**am ppter misericordiam quam qd facit pauperi deo miseret sibi a penis eternis eū liberado. **Q**uia sup illo vbo. ps. xl. **B**eat⁹ qd intelligit sup egenū et pauperem in die mala etc. dicit **P**etrus rauenen. **I**n die mala deo illi liberatoz assistet qd pauperem a malis liberauit. nā sine causa pccm accusat qd paup excusat. imo accusari nō poterit quem facietas paupis excusauit. diem vō malum videbit qui dñe iudicij sine aduocatioe paupis intrabit. **D**eniq; qz audiuit egenum rogantē audit toto orbe terrarū ecclesiaz sic rogantē. deus pseruet eū et viuificet eū. **C**ōseruat eum ne rapiat ad penā. viuificat vt resurgat ad vitam. da g pauperi panem. da potum. da vestimentuz. da tectum si debitorē. non iudicem vis habere deum. hec ille. et hec ē mensura agitata. **Q**uartum pimum ē donatio celestium voluptatum. **C**ongruum est enim vt qui hic pauperes voluptatibus suis refecerūt qd et ibi voluptatibus celestibus reficiatur. et qui hō eis necessaria negauerunt qd ibi apud in

feros torqueatur. **I**uxta illud quod dixit **P**etrus rauenen. in sermone loquēs d diuiste epulone et **L**azaro. ob hoc inquit diues ille torquebatur apud infernum. quia **L**azarus non fecerat sibi amicus. **Q**uid ergo sunt pauperes quibus damus nisi **L**azari nostri per quos de terra ad celum migramus? **E**cce pauper cui das non habet quod retribuatur. **S**ed cum pro te deum orat. quasi ad deum clamat. domine mutuum accepi ab homine fideiube pro me ideo et si non tenes pauperem redditorem idoneum. tamen habes fideiussorem. quasi diceret. **Q**ui restituet tibi datum centuplum. et hec est mensura supereffluens quāz dabit in sinum nostrum quod nobis prestare dignetur.

Dominica quinta post festū sancte trinitatis. **S**ermo primus.

Omnēs vna
nimes in oratione estote compatiētes. fraternitatis amatores misericordes. modesti. humiles. nō reddentes maluz p malo. vel maledictum p maledicto. **S**ed econtrario benedictentes. quia ad hoc vocati estis vt benedictiones hereditatis possideatis. ita habetur. j. **P**et. iij. **A**mbrosius in exameron dicit. **A**pes quando prescunt celi temperiem pofuturam cum agmine procedunt ad opera d alpheariorum sup flores et prata et alie flores agregāt pedibus. alie aquam ore portant. et interdum ita se aggrauant qd non possunt ex grauedine ad alphearia reuolare. veniunt ergo alie apes et sic onustas exonerat et cum eis ad alpheare quasi cōgaudētes student puolare. **M**oraliter p apes in proposito significantur immundi peccatores. **I**uxta illud **E**saie. vij. **S**ibilabit dominus apī. i. imundum peccatorem per inspirationem ad se vocat. **I**sti igitur cum magno agmine. qz stultorum infinitus est numerus. **E**cce siastes pmo. **P**rocedunt ad opera mala videlicet ad flores voluptatum et prata vanitatum. **S**icut illi qui dicunt **S**apien. ij. **V**enite fruamur bonis et vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter. bono vino et vnguēt nos impleam⁹ et non ptereant nos flos campi. id ē. amenitas temporis. coronemus nos rosis anteq; marcescant. nulluz pratum sit quod non pertrāscat luxuria nostra. vbiq; relinquamus signa leticie. quoniam hec est pars nostra. et sic in tñ se aggrauant voluptatibus et dulcedinibus peccatorum qd dicere possunt cum ps. xxxvij. **S**icut onus graue grauate sunt sup me. **E**t ta-